Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

exiguo comparetur: & spei nrē tam grande solatium re
uelissime simile eē dicatur: preserti cum alibi idē dnīs dis
cipulis suis dicat. Si habueritis fidem sicut granū sinapis
dicetis huic monti. tollere & iactare in mare. Igitur si fi
des tanta ē. quę potest ab ipsis sedibus montium fundamē
ta transferre. necessario & granū sinapis magnū est. ad cui
similitudinē fidē habere compellimur. Magnū aut dicere
mus non specie. sed uirtute & fidē. ñ qualitate oleri cōparan
dum. sed uigore agrimonie coequandum. Iam si diligen
ter intendam. inueniemus recte a domino hanc similitudi
nē cōparatam. Sicut enim granū sinapis prima fronte spe
cie sua ē parum uile despectu. non saporem prestans. ñ o
dorē circumferens. non indicans suauitatem. at ubi teri
ceperit. statim odorē suū fundit. agrimoniā exhibet ci
bum flammineū saporis. & tanto caloris feruore succendi
tur. ut mirū sit in fribulis granis tantū ignem fuisse con
clusum. cuius etiā seminis in cibum homines hiemis pre
cipue tempore magna p suauitate percipiunt quip. animis
repellant frigora. humores egerant. uiscerū int[illegible]ena ca
lefaciant. sepe etiā ex hoc capiti adhibent medicinā. & si
qd in ualidū. siqd egrotū fuerit sinapis igne curetur: ita
& fides xpiana prima fronte uidet eē parua. uilis & tenu
is. non potentiā suā ostendens. ñ superbiam preferens. non
gratiā subministrans. at ubi diuersis temptationibus te
ri ceperit. statim uigorē suū pdit. agrimoniam indicat.
calorē dūce credulitatis aspirat. & tanto diuinis igni
ardore iactat. ut & ipsa feruceat & participantes sibi ar
dere compellat. sicut in scō euangelio duo ex discipu
lis dixerunt. dū cū ipsis post passionē suam dnīs loqueret.

N
'intā
N